Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 565



narrando predicare. Quid putatis fratres carissimi: quare misericors deus ista mirabilia circa sue sponse corpus facere voluisset Nunquid vobis videtur q̄ ideo faceret vt eam apertis miraculis declararet esse vrbē refugij miseroꝝ atqꝫ tribulantiū quā sic inter castellanos immunē conseruabat a mūdanis cogitationibus. Nunquid oportuit eam carnē suam in corde puro ⁊ voluntate ignita sepissime mactare dn̄o in vigilijs. ieiunijs. orōnibus ⁊ castigationibus continuis. Et ideo merito vocatur vrbs tribulantium. Unde cuncti miserijs ⁊ tribulationibus afflicti ad hanc vrbem confugiant q̄ minores habent in ea. Post exequias autē sanctum corpus eius ad sepulchrū sibi preparatū ponitur cū exultatione nō modica. In ecclesia Petri ⁊ pauli apostoloꝝ ante summū altare. Crescentibus autē miraculis ad sepulchꝝ gloriose virginis tam celebre nomē eius in tota ciuitate Colonie̅ sic efficit̄ vt nomē p̄mi tituli pderet ⁊ hucusqꝫ ad sanctā Noytbburgim ab incolis intituletur. Floruit autē virgo beata circa annos incarnationis dn̄i sexingentosuiginti. vel pauloplus.

## De sancta Birgitta vidua.

Sancta birgitta in regno suecie oriunda non solū iuxta reuelatiōem diuinitus sibi factam ex sanctoꝝ ibidem pgenie qui suis sanctis meruerunt meritis vt magnificaret dn̄s misericordiam suā cum illa illustrē duxit originem. verū etiam de nobilibus deuotisqꝫ parentibus ⁊ pgenitoribus nata fuit. Omnis siquidem eius cognatio ⁊ generatio sic thobie in bona vita ⁊ sancta conuersatiōe permansit. Ita vt accepti essent tam deo q̄ hominibus ⁊ omnibus habitantib⁹ terram. Nam auus pauus ⁊ attauus patris sui exemplo abrahe ⁊ alioꝝ antiquoꝝ patrum q̄ peregrinabant̄ a dn̄o in hoc mundo q̄uis essent diuites in virtute. pulchritudīs studiū hn̄tes. pacificantes in domib⁹ suis. sacramēta dominice passionis ad memoriā reducentes. peregrinationem suam vsqꝫ ī ciuitatem sanctam iherusalem ⁊ alia loca que xp̄us ihesus sua corporali mirificauit p̄sentia non sine magnis laboribus feliciter perduxerunt. quoꝝ nobilium dominus introitum ⁊ exitū misericorditer custodiuit Horum vestigijs Birgerus pater eius inherens multa loca sanctorum scꝫ beati Jacobi ⁊ alia circa mare meridianū deuotissime visitauit. Paratus vlterius ire ad terram sanctam nisi apostolice sedis consiliū ex rationalibus causis obstetisset. Ipse insuper omni die veneris peccata sua consueuit humiliter confiteri sepissime proferēs ista verba. Hic me die veneris preparare volo ad deum vt quicquid ceteris diebus deus mihi dederit: ferre equanimiter paratus sum illud rememorās sapientis. Ne moreris in crastinū differendo penitentiam ignorans quid superuentura pariet tibi dies

Simili modo hoc idem filius suis omnibus diebus vite sue fideliter seruauit. Corpus suum post confessionē secrete flagellis acerrimis verberando vt in flagella parat⁹ xp̄m flagellatum in suo glorificaret corpore ⁊ a vitijs ⁊ concupiscentijs iugiter crucifigeret carnē suam. Mater similiter hui⁹ gloriose domine nobilis extitit ⁊ deuota. cuius pater de semine regio natus erat. decorem domus dei diligens. pluribus fundatis ecclesijs. ipsis iuxta magnificentiā suam amplissimos redditus dotis nomine constituit ⁊ dotauit.

Egressus namqꝫ birgitte dilecte sponse fuit quasi diluculum diuinitus preparatus. Nam cum adhuc in matris gestaretur vtero. contigit matrem in quodam sinu maris pati naufragium. Et cum multi promiscui sexus essent submersi dux regni dominus Henricus frater regis suecie videns ipsam in periculo esse constitutam: ōnibus modis quibus potuit eā viuam ad litus perduxit. Sed miro modo sequenti nocte eidem matri quedam astitit persona vestitu fulgenti dicēs Saluata es propter

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0564
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG